

974. VII, 3-16 — Bula (*pública-forma da*), pela qual foi confirmada a João Gonçalves, capitão da ilha da Madeira, a doação das redizimas das rendas que o mestrado da Ordem de Cristo tinha na dita ilha, que lhe fora feita pelos infantes D. Henrique e D. Fernando. Lisboa, 1471, Fevereiro, 18. — *Pergaminho. Bom estado.*

In nomine Domini amen.

Saibam os que este estormento de trellado dado em pubrica forma per autoridade de justiça virem como aos xbiiijº dias do mes de Fevereiro anno do nascimento de Nosso Senhor Jhesu Christo de mjl e iiijº lxxj annos em a muy noble e senpre leal cidade de Lixboa sobre a claustra da See dessa mesma estando hi o honrrado Pedr'Afonso bacharel em degredos fazendo audiencia pello reverendissimo senhor Dom Jorge arce-

bispo da dicta cidade como seu vigairo que he perante elle em presenca de mym notairo appostolico e das testemunhas adiante scpritas pareceo hy o honrrado cavaleiro Joham Gonçallvez capitam da Ilha da Madeira o qual logo apresentou ao dicto vigairo huua letra appostolica graciosa do sanctissimo nosso senhor o Papa Paulo 2.º ora presidente na egreja de Deus bullada de sua verdadeira bulla de chunbo pendente em fios de seda vermelhos e amarellos segundo custume da corte de Roma sãa e sem algũ vicio nem rasura segundo per ella aa primeira face parecia cujo theor de verbo a verbo he este que se segue.

Paulus episcopus servus servorum Dei dilecto filio nobilli viro Johani Gundissalvii milliti nullius diocesis salutem et appostolicam benedictionem.

Fidei tue probata constantia et sincere devotionis affecti quem ad nos et romanam ecclesiam gerere comprobatis merito nos inducunt ut te ac heredes et successores tuos specialibus favoribus et gratiis prosequimur.

Sane pro parte tua nobis nuper oblata peticio continebat quod clare memorie Henricus infans Portugalie dudum provide considerans labores et periculla que tu etiam tunc capitaneus Insulle de Madeira in mari occiano consistentis tempore quo dicta insulla per eundem infantem primo ad habitabillem redutta fuit sollicitudine indefessa sustinuisti et quod tua opera tuoque ingenio insulla predicta a christianis habitabatur et cultus divinus ibidem vigeat quodque in principio dum velles insullam predictam efficere habitabilem ignis vorago maximam suellectilem rerum tuarum vix salvus evasisti pro aliquali reconpensa premissorum tibi ab heredibus et successoribus tuis unum florenum de decem florenis ex decima ejusdem insulle ac fructuum ibidem existentium prefato infanti et pro tempore existenti magistro millicie Jhesu Christi cujus iidem infans gubernator existebat appostolica auctoritate ex legitimis et suadentibus causis perpetuo applicata recipiendis singulis annis persolvendum graciose donavit concessit et assinavit postmodum vero carissimus in Christo filius noster Alfonsus Portugalie et Alguarbi rex illustris et dilectus filius nobillis vir Ferdinandus infans Portugalie gubernator dicte millicie per sedem appostolicam deputatus animadvertens insulam predictam ex industria tua in fructuum precipue zuchari frumenti et aliarum rerum ubertate adeo crevisse et in dies augmentari ut nedum eidem millicie sed coram Portugalie et aliis Spanie regnis illorumque incolis et habitatoribus commoda quam plurima afferat donationem concessionem et assignationem hujusmodi aprobarunt prout literis autenticis ipsorum Alfonsi regis et Fernandi infantis sigillis munitis dicitur plenius contineri et quarum vigore tu reddictus ex floreno ut promictitur assignato provenientes hactenus percepisti et percipis pacifice de presenti.

Quare pro parte dicti infantis nobis fuit humiliter supplicatum ut donationi concessioni et assignatorum predictis pro illorum subsistentia firmiori robur appostolice confirmationis adjicere aliasque impremissis opportune providere de benignitate appostolica dignaremur.

Nos igitur ut tu ac heredes et successores predicti in fide et devotione premissis firmiter et constantius persistere valeatis hujusmodi supplicationibus inclinati donationem concessionem et assignationem predictas ac illas concernentia omnia et singula in litteris predictis contenta et inde secuta quecumque rata et grata habentes illa auctoritate apostolica tenore presentium sine tamen prejudicio ecclesiarum confirmamus et aprobamus ac presentis spiritus patrocinio communimus plenoque robore perpetuo subsistere decernimus suppletentes omnes et singulos defectus siqui forsitan intervenerint in eisdem non obstantibus constitutionibus et ordinationibus ac privilegiis apostolicis dicte militie seu illius magistro et fratribus seu militibus concessis necnon statutis stabilimentis consuetudinibus usibus et naturis ejusdem militie quibus omnibus etiam scilicet juramento confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate valata sint ac de illis eorumque totis tenoribus specialis specificata et expressa mentio habenda foret quo ad premissa dumtaxat derogamus ceterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis approbationis communitationis constitutionis suppletionis et derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo nono quinto decimo kalendas Novembris pontificatus nostri anno sexto.

A qual letera asi apresentada como dicto he logo per o dicto Joham Gonçallvez foy dicto ao dicto vigairo que porquanto se elle temia de o proprio original da dicta letera se perder per agoa fogo ou outro algúu caso que se poderia seguir e perdendo se seu direito pereceria que porem lhe pidia que lhe mandasse dar o trellado da dicta letera em publica forma e antreposese pera ello sua autoridade ordinaria segundo em tal casa podia. E o dicto vigairo visto o dizer e pidir do dicto Joham Gonçallvez e como a dicta letera era sãa e sem vicio algúu mandou a mim notairo que com o theor da dicta letera lhe desse hũu e mais estormentos em publica forma e antrepos pera ello sua autoridade ordinaria cum interposiçam de degredo segundo o direito em tal caso quer.

Testemunhas a ello presentes os honrrados Alvaro de Seixas bacharel em degredos e Joam Lobo procurador em a dicta audiencia e Joham Lopez notairo apostolico e outros e eu Fernam Gonçallvez scolar em direito canonico e publico per autoridade apostolica notairo que a apresentaçom da dicta letera e mandado do dicto vigairo com as dictas testemunhas presente fui e este estormento de minha mãoo sprito de

meu nome husado e sinal acustumado signei e sostprivi em fe e teste-
munho de verdade das sobredictas cousas e cada húa dellas.

(sinal do notário)

Fernandus
notarius apostolicus

(A. E.)